

6.5 - vari interventi capitolari e papali, sec. XII. - XIV. (c. 115. – 117.).

Ex Rotulo Pergameno Archivii Capitularis*(sesto fascicolo - carta 115.)*

In Xp.i no.ie Amen. Anno (*sin qui in margine*) Nativitatus eiusdem mill.o Trecent.mo sexagesimoquarto Ind: 2:da die sabbati penul.mo mensis Marcii. Tarvisii sub lozeta parva Dm.ni Potestatis posita super platea cherubii¹:

presentibus venerabilibus viris D.nis Guidone de la Villana de Mantua infrascripti D.ni E.pi, et Bartholino de Crema infrascripti D.ni Pot. Vicariis generalibus, ac nobilibus et sapientibus viris D.nis Manno Contareno, et Benedicto de Musto de Veneciis, nec non discretis viris Bernardo de Casalocio, Covolato Gerardi de Curte de Summontio, et paulo de Zuttis de Oppitergio notariis Tarvisinis, qui Paulus rogatus fuit una mecum de hiis conficere pub. Instr.um, testibus rogatis, et aliis. Coram R:do in Xp.o Patre et D.no, D.no Petro Dei et Apostolicae Sedis gratia E.po Tarvis. ac egregio, et sapiente viro Petro Maureceno honorl. Potestate Tarvisii pro ducali Dominatione.

Constitutis Ven. Viris D.nis Symeone Maureceno de Veneciis, ac Joh.e de Terdona Can.cis, et Presbyt. Nicolao Archidiacono eccl.ie Tarvisine facientibus, et reppresentantibus plenum, et totum Cap.lum eiusdem eccl.ie, cum Ven. Vir D.nus Albizus de Lucha Can.cus propter eius gravissimam infirmitatem personaliter ad infrascripta interesse non possit, et cum alii Can.ci, vel habentes vocem in dicto Cap.lo non sint in Civitate, vel districtu Tarvisii, qui possint et debeant convocari, et infrascriptis interesse ex una parte. Et discretis viris Jacobo de Lanzanico, Flabiano de Levada, Joh.ne Magistri Raymundi, et Jacobo de Posbono Montisbellune Scole Sanctae Mariae de Batudis de Tarvisio Gastaldionibus ex altera parte optantibus, et desiderantibus dictis partibus certas discordias removeri, que sunt et videntur esse orte inter dictum Cap.lum ex una parte, et dictos Gastaldiones seu Batutos dicte Scole ex altera parte unanimiter et concorditer dicti Vener. viri D.ni Symeon Maurecenus, Johannes et Nicolaus nomine, et vice dicti Capituli et pro ipso Cap.lo et pro omnibus et singulis D.nis Can.cis presentibus dicti Cap.li dicte Eccl.ie Tarvisine ex una parte, et dicti Gastaldiones no.ie et vice dicte Scole et pro fratribus ipsius Scole presentibus ex altera parte, unanimiter et concorditer ad concordiam devenerunt in hunc modum.

* Primo vid. quia dictum Capitulum, et supradicti Ven. viri D.ni Symeon, Johannes et Nicolaus representantes totum dictum Cap.lum offerunt se, et ipsum Capitulum Scole Beate Marie Batutorum dare unum Sacerdotem, qui associet fratres dicte Scole in processionibus eorum.

* Item concedere dicte Scole ut pulsetur Campana dicti Cap.li, que dicitur Campana Batutorum consueta pulsari debitis horis, et diebus pro batutis dicte Scole congregandis, et si dicta Campana pulsando in servitium dicte Scole frangeretur, quod tunc dicta Scola reficiat, seu refici faciat suis expensis dictam Campanam, et quod dicta Scola sit contenta, quod in eius servitium dicta Campana solummodo pulsetur (*il verbo è cancellato*), et non alia sonare debeat, et ipsam teneantur in conzo tenere. Si vero fratres dicte Scole voluerint pro festo Annunciationis beate Marie facere tubare in Campanili dicte Eccl.ie debeant solas tubas, et alia instrumenta facere sonare absque campanis, Capitulum faciat pulsare Suas Campanas per se, ut sibi placebit, ita quod Sonatores, et alii layci non sint ibi

* Item facere cantare Missam fratribus dicte Scole in prima Dominica cuiuslibet mensis more solito, et quod oblatio, que fieret in dicta Missa possit vel debeat recipi per officiales dicti Cap.li, et non per officiales dicte Scole

* Item dare in anno quolibet dicte Scole duos clericos sufficientes pro Maria et Angelo, et bene instructos ad canendum in festo fiendo more solito in die Annunciationis beate Marie Virginis, et interesse cum suis paramentis consuetis, et suo clero dicte eccl.ie majoris ad dictum festum more solito celebrandum². . . .

¹ (*a lato, in margine sinistro*) 1364. 30. Martii. Concordantia inter Capitulum et Scholam Batutorum.

² (*come sopra, riassumendo quanto concordato*):

1. Cap.lum dat Sacerdotem ad associandos fr.res scholae in processionibus. . . .

Et e converso dicti Gastaldiones nomine et vice dicte Scolae, et pro fratribus ipsius presentibus offerunt se dicto Cap.lo Eccl.ie Tarvis.ae.

* P:o vid. quod Batuti dicte Scolae in obsequiis mortuorum, et aliis quibuscumque processionibus fiendis precedant dictum Cap.lum dicte Eccl.ie Tarvis.e.

* Item fr.es dicte Scolae pro sua processione fienda Venire ad dictam Eccl.iam, et inde recedere cum su a processione hora competenti vid. antequam magna Missa incipiatur, ita quod ex hoc non turbetur officium Missa magne, et non impediatur volentes interesse dicte Misse; et hoc non intelligatur quando dicta processio iret extra Civit. Tarvisinam, vel aliud justum impedimentum occurreret³.

* Item dictam Scolam providere dictis clericis, qui fuerint pro Maria et Angelo de Indumentis suis emendis per dictos Gastaldiones illis qui fuerint pro dictis Maria et Angelo, ut ipsis Gastaldionibus placuerit pro honore eorum.

* Item dictam Scolam non facere suum Capitulum in Capitulo nec super Domo Domn.rum Canonicorum, ubi consueverunt fieri per tempora preterita

Asserentes et firmantes dicte partes vicissim expresse, et ex certa Scientia, quod ex predictis, vel aliquo premissorum nulla Jurisdictio, nullum Jus, nullaque Servitus acquiratur nec acquisita intelligatur dicto D.no E.po presenti vel futuro, nec dicto Cap.lo, nec Canonicis ipsius presentibus, vel futuris, nec dicto Altari, nec dicte Eccl.ie contra dictam Scolam, vel fratres ipsius presentes, vel futuros, vel bona sua, nec e contra dicte Scolae, vel fratribus ipsius contra dictum Dm.num E.pum, nec contra dictam Eccl.iam Tarvisinam, nec contra dictos D.nos Can.cos presentes vel futuros. sed omnes et singule dicte partes sint, et intelligantur esse, et remanere in libera, et propria libertate, et bonorum suorum, ad eorum beneplacitum quandocunque⁴.

Ego Guill.mus quondam Pauli de Alexio Civis Vincentinus pub. imp.li au.te Not. et Scriba E.palis Curie Tar. predictis omnibus et singulis presens fui, eaque rogatus una cum Paulo de Zuttis Not. suprascripto scripsi, et in hanc publicam formam reddegi, signum meum consuetum apponens in fidem, testimonium, et robur omnium premissorum etc.

(- carta 115. tergo)

Ex lib. A. Max. Rubeo Arch. Cap.lris.

1174. c.te 20. t:go

Capitulum habere debet l. I. olei ab Eccl.a S.cti Antolini de aspa

Hoc est exemplum cuiusdam (*in margine sin qui*) instrumenti cuius tenor talis est. . . .

2. Concedit ut pulsetur Campana Cap.ti, quae dicitur Camp.a Battutor.m; at si pulsando in servitium Scolae frangeretur, ipsa reficiat.

3. Facere cantare Missam fr.bus dictae Scholae in pr.ma Dom. cuiuslibet mensis sit, at oblatio recipiatur per officiales Cap.li in ipsa Missa.

4. Die Annuntiationis B. Mariae det illis duos Clericos pro Maria, et Angelo, Et intersit cum suo Clero dicto festo more solito.

³ (*a lato sinistro, una nota 3* verso la fine del margine completa il punto *3, della nota seguente*)

In lib. Partium IV. Magni Xenodochii

Cantores in Processione Sacratiss. Corporis Xp.i habeant Sol. X. pro quolibet: et similiter in die Annuntiationis B. M. V. cum fiet Representatio. 1518. c. 160.

Lib. P.o delle Parti dell'Ospitale

“Nella Rappresentation della annontiatione non debbano (i Gastaldi) far altro, che la Vergine, e l'Angelo, che l'annunciò con alcuni Angeli, che accompagnino la Madonna”. 1401. c. 14.

⁴ (*continuando la nota 2.*) e converso

1. Schola in processionibus praecedat Capitulum.

2. Schola veniat, et recedat ab eccl.a pro sua processione hora competenti.

3. (*un asterisco richiama la nota 3*) Vestire duos Clericos pro M. et A.

4. Schola non faciet suum Cap.lum in Cap.lo vel super Domo Can.corum sime utriusque partis prejudicio.

In nomine D.ni. Anno a Nativitate D.ni Millesimocentesimo septuagesimoquarto indictione septima⁵

praesentia Magistri Dondonis Decani. Presbyt. Johanis rovarii, prb.i Domn.ci Custodis, presbyteri Albertini, Wulci. Diaconi et eo tempore Massarii. Warnaroli subdiaconi. Gaidi Judicis, tiusoli de Beraldino, et aliis⁶.

Peregrinus dives fundator Eccl.iae in honore Sancti Antulini in loco, qui dicitur Aspa in remedio animae suae, suorumque parentum, et pro abluendis peccatis suis dedit fundum nominatae Eccl.iae Sancti Antulini Eccl.iae S. Petri de Tarvisio et jus proprietatis, et omnes rationes loci, praeter juspatronatus, quod in se retinuit. Et debet ipsa Eccl.ia annuatim dare libram unam olei nomine census eidem Eccl.iae S. Petri.

Actum est hoc die Mercurii, qui est est (*sic*) decimus intrante mense Julii in Eccl.ia Sancti Petri feliciter.

Ego pelegrinus Not. interfui, et ut supra legitur rogatus scripsi.

ibi c:te 58. t:o n:o 1.

MCCC. quinto Ind. tertia die (*sin qui in margine*) lune quarto exeunte Mensis Decembris⁷,

presentibus D. Hendrighetto filio q. D. Corradi de Montebelluna, Bertholomaeo filio D. Francisci de Regula de Visnatu de subtus de Montebelluna, Flabiano filio Leonardi de Puteo de Montebelluna, et aliis:

Discretus Vir D.nus Bonacursius Decanus Eccl.iae Terv. commisit Presbyt. Gerardo qui fuit de Castrofranco, et sibi praecepit tamquam nuncio jurato ipsius D.ni Decani, et Capituli Tervisini, quod personaliter accedere debeat atque ire ad Eccl.iam S. Gervasii, in qua Presbyter Matthaeus Rector ipsius Eccl.iae consueverat continue residere, et ipsum Presbyt. Matthaeum, si personaliter poterat invenire, alioqui in ipsa Eccl.ia, vel in villa, praesentibus vicinis et hominibus de villa S. Gervasii usque ad novem dies post admonicionem per ipsum factam, quorum tres pro primo, tres pro secundo, tres pro tercio et peremptorie sibi terminum terminum (*sic*) debeat ordinare, quatenus, cum ipse Presbyter Matthaeus se contra Constitutionem Venerab. Patris D. J. Dei gra. E.pus Ter. ab ipsa sua Eccl.ia se absentaverit, et absque licentia similiter praedicti D. Decani, et Capituli Terv., quod debeat personaliter coram ipso D. Decano comparere suam, si poterit, excusationem de praedictis legitimam ostensurus, alioquin notificare debeat, et dicere, quod propter absentiam ipsius Presbyt. Matthaei ipse D. Decanus, et Cap.lum Terv. habent ipsam Eccl.iam pro derelicta de Eccl.ia⁸.

Actum Ter. in domo habitata per D. Decanum supradictum.

Die Martis XIII. exeunte Mensis Junii⁹,

presentibus Presbytero Natale de S. Leonardo, Magistro Lanfranco ceco, Jacobino, qui fuit de Foroiullio Scoto, et aliis.

Presb. Gerardus de Castrofranco nuncius juratus D.ni Bonacursii Decani Eccl.iae Tarv., Canonicorum, et Cap.li Ter., ut dicebat, retulit in not. infrascripta se citasse ex parte dicti Dom. Decani, secundum commissionem sibi factam per ipsum D. Decanum, scriptam per me Not. infrascriptum in civit. Ter. ad domum, in qua habitare consueverat Presbyter Matthaeus Rector Eccl.iae S. Gervasii die lunae quarto exeunte Mense decembris, cum ipsum personaliter non potuerit invenire, quod usque ad novem dies post amonicionem suam, quorum tres pro primo, tres pro secundo, tres pro tercio terminum et peremptorie ex parte ipsius D.ni Decani assignavit, quod pro eo, quod se contra Constitutionem Ven. Patris D. Th.. dei gra. E.pi Terv. . . .

⁵ (*a lato, in margine sinistro*) 1174.

⁶ (*come sopra*) Fundatio Eccl.iae S. Antonini, et jus proprietatis Capitulo datum.

⁷ (*come sopra*) 28. X.bre 1304.

⁸ (*come sopra*) Citatio facta per Decanum cuidam Presbyt. Rectori Eccl.iae S. Gervasii ad Residentiam.

⁹ (*come sopra*) 1305.

a sua eccl.ia absentavit, et similiter ipsius D.ni Decani licentia non petita, et Cap li supradicti, quod deberet quod (sic) coram ipsa D.no Decano comparere suam de praedictis, si posset, excusationem legitimam ostensurus, alioquin ipse D. Decanus, et Can.ci, et Cap.lum supradictum habebant dictam Eccl.iam S. Gervasii pro derelicta.

Item simili modo, cum ipsum non posset personaliter invenire in Eccl.ia S. Gervasii die Martis VI. intrante Mensis Januarii citavit, et monuit ipsum modo et forma, prout superius est expressum. Actum Ter. in E.pali Palacio.

In X.pi nomine amen (*sin qui in margine*)¹⁰.

NOS Bonacursius de Arpo Decanus Eccl.ie Tarv.

Cum publica fama deferente, ac denunciatione manifesta vicinorum S. Gervasii diocesis Tarv. pleno jure spectantis ad Decanum et Cap.lum Tarv., cognoscentes de fama et presbyteri Matthaevi ipsius Eccl.ie Rectoris per Decanum instituti, invenimus circum (*sic*) dictam Eccl.iam plurimum deliquisse, et maxime absque n.ra licentia et mandato, se quamplurimum absentando contra Constitutiones Synodales, et formam Juris, et ipse Matthaevus sit per nos, et nuncium nostrum juratum solemniter requisitus, cum personaliter reperiri non possit ad eccl.iam, et ubi consuevit assidue commorari, convocatis vicinis et amicis, ut tertia die jam elapsa coram vobis (sic) debeat comparere, si credit, si credit, (sic) sua quomodolibet interesse.

Quapropter non (sic) (*sopra, corregge: f. cum*) invenerimus praefatum Presyt. Matthaevum Eccl.iam praefati S. Gervasii dilapidasse, librum matutinalem abstulisse, et furtim exportasse.

Item cum suspensus beneficio eccl.ia habeat pro derelicta ex diutina absentia ipsius presbyt. Matthaevi: quare ne dicta Eccl.ia S. Gervasii in spiritualibus et temporalibus patiatur aliquam lesionem, cum ipsius absentia Dei praesentia repleatur, et ipsum de benignitate ultra dilacionem diutius expectavit, Xp.o nomine invocato, presbyt. Matthaem denunciamus privatum praefata eccl.ia S. Gervasii, et etiam sententialiter in hiis scriptis sedendo pro tribunali privamus.

Lata et pronunciata fuit dicta Sententia in Scriptis per D. Decanum superscriptum pro tribunali sedentem Anno Domini 1305, indict. 3.a die Mercurii quinto exeunte mensis Januarii, praesentibus D. nis Francisco Judice de Axillo, Johane Not. de Varago, Mag.ro Johane Not. de Montello, et aliis.

Actum Ter. in Majori Can.ca Ter.. ubi jus reditur per Vicarium D. Th. E.pi Tarvisini.

Die Sabati quintodecimo Mensis (*sin qui in margine*) Maii¹¹,

praesentibus Dominis Presbyt. Petro Primicerio Capellanorum de Tarv., Tholberto Calza filio q. D. Zenzanomi Calcae, Zannino filio Bonaventurae Bugami de Silva, et aliis.

discretus Vir D.nus Bonacursius Decanus Eccl.iae Terv. de voluntate et consensu, ut dicebat, Cap.li, et Canonicorum Eccl.iae Terv., commisit Presbyt. Gerardo, qui fuit de Castrofranco Praebendato in Majori Eccl.ia Terv., usque ad sex menses, Eccl.iam et Beneficium S. Gervasii vacantem per privationem Presbyt. Matthaevi, dans sibi hoc, quod possit, cum fuerit per populum illius eccl.iae requisitus, ipsi populo celebrare divina, et si necesse fuerit, ipsi populo ministrare ecclesiastica Sacramenta.

Actum Ter. sub loza Canonicorum Eccl.iae Tervisinae.

[Ommissa legalitate quatuor Notariorum]

V. persimilem Commissionem a Capitulo factam anno 1390. 3. Maii de eadem Eccl.ia S. Gervasii in libro Actorum Lamda c. prout in indiculo libri Beneficiorum rubei notatur.

. . .

¹⁰ (*a lato, in margine sinistro*) Sententia privationis lata per Decanum in dictum Presbyt.

¹¹ (*come sopra*) V. Rebuff. de Commenda p. 209 n. 54..

Commissio Curae dictae Eccl.iae ad sex menses.

Commende quae id (?) sex menses in Eccl.iis curatis fieri poterant ab ordinariis "cap. nemo", de electione in 6. amplius post Concilium Locum non habent. in eis deputati Vicarii ad formam cap. 18. et 24. de Reform.

(sesto fascicolo - carta 116.)

ex authentico quod asservatur in Archivio Capitulari¹².

ab extra (*in margine*): Ven. Fratri E.po Cenetensi, sive eius in spiritualibus Vicario generali.

intus vero: Gregorius PP. III.s.

Vene.lis F.r sal.tem et Ap.licam (*sin qui in margine*) Ben.m.

Mittimus F.rnitati tuae supp.nem p.ntibus introclusam, manu Ven.lis F.ris Hieronimi e.pi Maceratensis in p.ntia n.ra Signatam, Volumusque, et tibi Committimus, ac mandamus, ut vocatis vocandis ad illius executionem procedas juxta eius continentiam, et signaturam.

Dat. Tusculi sub Annulo Piscatoris Die XXVIII. Octobris MDLXXXII. Pontificat.s Nostri Anno undecimo.

J. Rugerius.

Supplicationis autem talis est tenor¹³

Tarvisin.e

Beatis.me Pater (*in margine sin qui*): Cum alias devoti S. V. Oratores Capitulum, et Canonici Eccl.iae Tarv.ae, antiquam consuetudinem et seu Statuta dictae Eccl.iae insequentes, et divini servicii augmento, et debito complemento studentes, et attendentes, duo mandata seu praecepta contra Mansionarios et Praebendatos eiusdem Eccl.iae circa eorum accessum ad funera, nec non interventum celebrationi divinatorum officiorum sub certis penis sancte, et laudabiliter edidissent; praed.ti Mansionarii et Praebendati Adversarii pretendentes se de hoc fuisse gravatos, et renuentes laudabilia huiusmodi instituta observare ad ordinarium seu eius Auditorem per viam querelae pro revocatione huiusmodi praeceptorum seu constitutionum recursum habuerunt, se se a subiunctione eorundem oratorum, quos prius adire debebant hoc pacto subtrahentes, et licet predicto oratore iudicis ordinarii, seu illius auditoris, tamquam merito suspecti, et quod de ampliatione jurisdictionis et ipsius ordinarii causa quodammodo, et privatione juris Capituli saltem in consequentiam tractatur, unde verisimile non est eum contra se ipsum pronunciaturum, declinaverint et a quodam pretense illius mandato seu rejectione saltem tacita recusationis, suspicionis huiusmodi pro eorum parte ad Metropolitanum Aquilejensem appellaverunt (*la parola precedente è corretta: appellatum, in margine sinistro, a lato*), et causa huiusmodi appellationis coram eo, seu illius Vicario, introducta, ac alias esset in ea processum: nihilominus praedicti Mansionarii et Praebendati sub praetextu, etiam, quod talis causa deberet coram Ordinario tractari, (*le tre parole seguenti sono aggiunte come sopra*) ut praefertur, recusato et suspecto allegato uti interesse habente causam, et causas praedictas ab eodem Metropolitano ac illius Tribunali per Rev.mum Nuncium S. V., et Sedis Apostolicae in dominio Venetorum residentem avocari, et Auditori eiusdem ordinarii Tarvisii suspecto committi, seu remitti per assertum ipsius Nuncii rescriptum ab eis extortum, ut dicitur, obtinuerunt subrepticie, et obrepticie, factumque obscurantes, et diversificantes predictis, recusatione oratorum non obstante.

Cum autem, P. S.te, iudicium, remota omni iudicium suspitione, procedere debeat, et nihil durius sit, quam coram suspecto iudice, qualis est ipse ordinarius Tarvisii et illius Auditor; litem sustinere; et dicti oratores, qui in vim dicti asserti et extorti rescripti solum citati fuerunt, ob causas jam dictas non sperent ab eo iustitiae complementum se posse reportare, prout, quatenus opus sit, jurare parati existunt et de praesenti in manibus S. V. jurant: idcirco, et ut huiusmodi differentia quanto citius pro quiete oratorum in exequendis divinis officiis debito fine terminetur, dignetur S. V. ad eorundem oratorum preces, causam et causas praedictas ac nullitatis, et nullitatum actorum et agendorum coram ipso Auditore, attentatorumque, et innovatorum quorumcumque, post allegatam Suspicionem ac recusationem factam, et appellationem interpositam, ut praefertur, nec non quam, et quas iidem oratores habent, et movent, . . .

¹² (*a lato, in margine sinistro*) Ex.

¹³ (*come sopra*) Commissio.

habereque et movere volunt, et intendunt, contra et adversus eosdem adversarios, omnesque alios de, et super praemissis omnibus, ac rebus, aliisque in actis causae et causarum huiusmodi latius deductis, et specificandis, et eorum occasione eidem Vicario Metropolitanis Aquilejensis, coram quo causa appellationis oratorum praedictorum pendet, etiam una cum omnibus, et singulis earum incidentibus, deponentibus, emergentibus, annexis, et connexis, totoque negotio principali summarie ac prout in Beneficialibus tam coniunctim quam divisim committere, et mandare, seu remittere, praevia, si opus sit, opportuna avocatione a dicto Auditore, audiendum, cognoscendum, decidendum, fineque debito terminandum, cum potestate praedictos adversarios, omnesque alios et singulos etiam Procuratorem fiscalem Curiae Episcopalis Tarvisinae, ac quoscumque alios, in decreto, sive executione citationis, praesentium vigore in partibus decernendum, nominandum et cognominandum etiam per decretum publicum, constituto Summarie, et extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, illisque, et quibuscumque aliis personis ecclesiasticis, et saecularibus quacumque auctoritate et potestate fungentibus, etiam sub censuris, et poenis, etiam pecuniariis eius arbitrio imponendis, moderandis et aplicandis, ac per simile edictum inhibendi, contradicendi, et aggravandi, et invocato quoque saeculari auxilio.

Caeteraque omnia alia, et singula faciendi, dicendi, gerendi, exercendi, et exequendi, quae in praemissis, et circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna eisdem praemissis, ac felicis Rec. Bonifacii pp. ae VIII. praedecessoris vestri de una, et Concilii generalis de duabus diebus, dummodo non ultra tres, ac aliis constitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, caeterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, statum et merita causae et causarum huiusmodi, ac praemissorum omnium, et aliorum sit tamquam de necessitate exprimendum, tenores et compendia, ac formas et circumstantias pro plene et sufficienter expressis habeantur et apponi.

Dummodo pro parte oratorum non sit consensus in jurisdictionibus, aut in ea conclusum non sit.

Servata forma Concilii Tridentini. Concess. ut petit.

in praesentia D. N. pp. Hie. Maceraten.

et cum absolute a censuris ad effectum etc., et per Breve S. V hac supplicatione introclusa, seu officium contradictarum, Et etiam mittatur alicui ex ordinariis vicinioribus, seu eius in Spiritualibus Vic.o generali. Concess. Hie. Maceraten.

Dat. Tusculi pridie Kal. Nov. Anno undecimo.

(- carta 116. tergo)

ex Ms. Canonici Antonii Scot. sign. n:o IV. "varie" c.ta 34. t.go.

Julius E. pus Servus Servorum (*sin qui in margine*) Dei

Venerabili Fratri Archie. po Senensi salutem, et Apostolicam Benedictionem.¹⁴

Regimini Universalis Eccl. iae, disponente Domino, praesidentes pia, et salubria fidelium vota, ex quibus in Ecclesiis quibuslibet, praesertim Metropolitanis, decor, et venustas, ac divini cultus augmentum provenire sperantur, pii Patris affectione prosequimur, et ad illas dexteram nostrae liberalitatis libenter extendimus, quas ad id propria virtutum merita recommendant.

Exhibitae siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Magistri Batholomaei de Bolis Canonici Basilicae Principis Apostolorum de urbe, Notarii et familiaris nostri petio continebat, quod in Ecclesia tua Senensi duae duntaxat dignitates fore noscuntur, quarum altera vid. Prepositura major post pontificalem existit: Verum si eadem ecclesia unus Decanatus, qui, et non dicta Prepositura, dignitas post Pontificalem major inibi existeret, pro uno Decano, qui Cappuccium more Praelatorum ad instar Tarvisinae, et forsam nonnullarum ecclesiarum deferre, ac stallum in choro, et locum et vocem in Capitulo ipsius ecclesiae habere, . . .

¹⁴ (*nota a lato, sul margine sinistro*) 1510. P.o Nov. Erectio Decanatus in Ecclesia Senensi, cui datur capucium more Praelatorum ad istar Terv..

nec non divinis officiis interessendo, quotidianas distributiones, prout alii dictae ecclesiae Senensis Canonici percipiunt, percipere, et privilegiis, quibus inibi dignitates obtinentes gaudent, gaudere possit, erigeretur, et institueretur; dummodo Prioribus Populi Senensis pro tempore existentibus juspatronatus, et praesentandi personam idoneam ad dictum Decanatum, quotiens illum pro tempore [hac prima vice excepta] vacare contingeret, Tibi, et pro tempore existenti Archiepiscopo Senensi per se, et pro tempore existentem Archiepiscopum praefatum ad praesentationem huiusmodi instituendum reservaretur, et concederetur, dictus Bartholomaeus certa bona immobilia extra muros Senen. consistentia, et ad ipsum Bartholomaeum legitime spectantia, ac nonnulla alia per eum emenda pro dicti Decanatus docte assignaret, ex quo divinus cultus, ac ministrorum numerus in dicta ecclesia augetur, illiusque decori, et venustati plurimum consuleretur.

Quare pro parte dicti Bartholomaei nobis fuit humiliter supplicatum, ut in dicta Ecclesia unam dignitatem, quae de caetero, et non Praepositura praedicta, Dignitas inibi post Pontificalem major existat pro uno Decano, qui, ut praefertur, Cappuccium more Praelatorum ad instar Tarvisin., et forsam nonnullarum aliarum ecclesiarum deferre, ac in divinis interessendo quotidianas distributiones, prout alii dictae ecclesiae Canonici percipiunt, percipere, ac stallum in Choro, et locum, et vocem in Capitulo ipsius ecclesiae habere, et aliis privilegiis, quibus inibi Dignitates obtinentes gaudent, gaudere possit, et valeat, erigere, et instituere, ac illi pro eius dote bona per dictum Bartholomaeum assignanda huiusmodi perpetuo assignare, applicare, et appropriare; nec non juspatronatus, et praesentandi personam idoneam ad dictum Decanatum, quotiens illum deinceps, praeterquam pro hac prima vice, vacare contigerit, tibi, et pro tempore Archiepiscopo Senensi per se, vel Archiepiscopum praedictum ad praesentationem huiusmodi instituendam dictis Prioribus pro tempore existentibus in perpetuum reservato concedere, et assignare; aliasque in praemissis opportune providere de Benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui Ecclesiarum huiusmodi decorem et venustatem, divinique cultus augmentum nostris potissime temporibus sinceris exoptamus affectibus, de praemissis notitiam non habente, ac volentes praefato Bartholomaeo, qui, ut asserit, Canonicatum, et Praebendam dictae Basilicae inter alia obtinet, ob grata devotionis, et familiaritatis obsequia, quae nobis, et Apostolicae sedi hactenus impendit, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistit, nec non vitae, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus Personam suam fide dignis testimoniis juvari percepimus, gratiam facere specialem, ipsumque Bartholomaeum a quibusvis excommunicationis suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore et esse censentes, nec non omnia, et singula alia Beneficia cum cura, et sine cura, quae dictus Bartholomaeus etiam ex quibusvis dispensationibus Apostolicis obtinet, et expectat, et in quibus, et ad quae jus sibi quomodolibet competit, quaecumque, quotcumque, et qualiacumque sint, eorumque, ac dictorum Canonicatus et Praebendae fructuum, reddituum, et proventum veros annuos valores, ac huiusmodi dispensationem tenores praesentibus pro expressis habentes, fraternitati tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus, si vocatis dilectis filiis, moderno Praeposito, et Capitulo dictae ecclesiae tuae, et aliis, qui fuerint evocandi, eorundem moderni Praepositi, et Capituli, et aliorum, quorum intererit ad hoc expressus accesserit assensus, postquam praefatus Bartholomaeus bona huiusmodi usque ad valorum mille Ducatorum pro dote Decanatus huiusmodi sufficientia realiter dederit, et assignaverit, unum Decanatum qui inibi de coetero, et non dicta praepositura, dignitas post Pontificalem major existat, pro uno Decano, qui Cappuccium more Praelatorum, ad instar Tarvisin., et forsam nonnullarum ecclesiarum deferre, et divinis interessendo quotti-

(carta 117, recto)

quotidianas distributiones, prout alii dictae ecclesiae Canonici percipiunt, percipere, ac stallum in choro, ac locum, et vocem in Capitulo ipsius ecclesiae tuae habere, ac aliis privilegiis, . . .

quibus inibi Dignitates obtinentes gaudent, gaudere possit, et valeat, absque alicuius praeiudicio, erigere, et instituere, ac illi pro eius dote bona per Dictum Bartholomaeum assignanda huiusmodi perpetuo assignare, applicare, et appropriare, nec non juspatronatus, et praesentandi unam idoneam, ex tribus Personis qualificatis per Capitulum predictos eligendis, personam et non aliam ad dictum Decanatum, qui de jurepatronatus laicorum huiusmodi existat, quotiens illum deinceps, praeterquam hac prima vice, vacare contigerit, tibi et pro tempore existenti Archiepo Senensi huiusmodi per te, vel eundem Archiepiscopum ad praesentationem huiusmodi instituendam dictis Proribus pro tempore existentibus in perpetuum reservare, concedere, et assignare.

Et nihilominus, si erectionem, institutionem, assignationem, applicationem, appropriationem, reservationem, concessionem, et assignationem praedictas per te, vigore praesentium, fieri contigerit, ut praefertur, Decanatum praedictum, cuius fructus, redditus, et proventus viginti quatuor Ducatorum auri de camera, secundum communem existimationem, valorem annum, ut dictus Bartholomaeus etiam asserit, non excedunt, a privaeva (?) erectione huiusmodi tunc vacantem cum omnibus iuribus, et pertinentiis suis praefato Bartholomaeo conferre, et assignare auctoritate nostra, per te ipsum procures, inducens per te, vel alium, seu alios eundem Bartholomaeum, recepto prius ab eo, nostro et S. E. nomine, fidelitatis debitae solito juramento iuxta formam, quam sub Bulla nostra mittimus inclusam, vel Procuratorem suum, eius nomine, in corporalem possessionem Decanatus, iuriumque et pertinentiarum praedictorum, et defendens inductum, ac faciens Bartholomaeum, vel pro eo Procuratorem praedictum ad Decanatum huiusmodi (ut est moris) admitti; sibi que de illius fructibus, redditibus, proventibus, iuribus, et obventionibus universis integre respondere.

Contradictores, auctoritate nostra, appellatione posposita, compescendo; non obstantibus Constitutionibus et ordin. Apostolicis, ac dictae Ecclesiae juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, et Consuetudinibus contrariis quibuscumque. Aut si tibi, et pro tempore existenti Archiepo Senensi, et Capitulo praefatis, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem, vel provisionem alicuius minime teneamini, et ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possitis, quodque de dignitatibus ipsius ecclesiae, vel aliis Beneficiis ecclesiae ad vestram collationem, provisionem, praesentationem, electionem, seu quamvis aliam dispensationem coniunctim vel separatim spectantibus, nulli valeat provideri per Litteras Apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dictae Sedis indulgentia generali, vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam, effectus huiusmodi gratia impediri non valeat, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Secus si dictus Bartholomaeus praesens non fuerit ad praestandum de observandis Statutis, et Consuetudinibus dictae eccl. ae solitum juramentum, dummodo in absentia per Procuratorem idoneum, et cum ad ecclesiam ipsam accesserit, corporaliter illud praestet.

Nos enim ex nunc irritum decernimus, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari¹⁵.

Dataum Romae apud S. Petrum. Anno incarnationis Domini Mill.o Quinge.mo decimo. Kal. Novembris Pontificatus n.ri anno 8.o¹⁶.

¹⁵ (nota a lato, in margine sinistro) V. legale exemplum In Archivio Cap.li. etc.

¹⁶ (come sopra) V. legale exemplum In Archivio Cap.li

